

Palæstra Christiana. Pars I. Cap. IX.

699

His fomentis tentationes gaudent, hi crescunt. Ita culeus nucum refertus colligitur.

Nuces relinquere Latinis est, imagunculas, crepundia, pupas, ineptias, nugas, fabulas amouere, tractare se-ria. Ita Persius:

— *Et nucibus facimus quacunque relictis.*

Apud Romanos veteres sponsus cum domum duxisset sponsam: nubes sparsit, ut eo rite sese iam emancipatum, pueritiam & pueritatem finitam testaretur. Perinde si diceret: Reliqui nuces. Nuces repetere; ad mucus redire, aut à nucibus nunquam recedere, est apianas, puerilia, affanias séper tractare. Atque hoc est, quod crebrius instillat Paulus: *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus.*

Ibid. 13. Et 11. *Ibid. 14. 20.* *Quando autem factus sum vir, euachani que erant parvuli. Fratres nolite pueri effici sensibus. Pueri plurim faciunt nuces deauratas, quam certum aureos. Nimis quam puerile est, culnum vnicum attendere, & manipulum totum negligere; seftertiolos aliquot lucrari, & mille cornatos perdere. Hoc mundi vanitas & vanitatum maxima vanitas est. Hæc nostra est infantia, hæc insipiens pueritia: Res temporis solertia, nè curamus, quod æternitatis est, oscitanter transimus; ludica & vana impigerimè tractamus, animi salutem inter postremas ferè curas habemus. Expendendo nummulos eis paticos, de- cies versamus manū, in omnem vitam ponitenda & nocitura ore libertimo profundimus, nec damnum æstimamus. Terra punctum inter nos ferro & igni diuidimus, cheu neglecto celo. Infantia miserabilis, deploranda pueritia. Hæc nostræ tentationes sunt, nec eas esse credimus; muscas venamur & apros dimittimus. Ita raro aut admodum serò recedimus à nucibus. Nuces & pueri, nuces à seiiis, à diuinis, à cælestibus, ab æternis vos auocant. Examus, obsecro, hanc pueritiam, viriliter agamus, & æterna fluxus nunquam non præferamus. Confortemur & animosè resistamus hosti. Citra labo- rem non constat hæc pugna, non venit palma, non obtinetur victoria. Comes qui vult nucleum, frangit nu- cem. [†]*Qui quarit honorem, ne fugiat laborem; qui se- statut voluntatem, impendat prius sudorem.* Nux cul- leolis tegitur amaris & duro putamine, recens nucleus sua tunica euolutus pergrarus est. Hæc sine mora & la- bore non sunt. Idem in omnibus scientiis. Vis Poësi & Rhetoricæ studere: Grammaticæ leges prius sunt edi- scenda, Vis Physicæ, Metaphysicæ, Theologicæ nauare operam? Prius in spinosissima Logica sudandum. In virtutis studio initium amarum, progressus facilis, finis iucundus. Tentatio nucis instar corticem habet durum & acerbum. Sed frange nucem, si vis esse nucleum. Cau- nux ista te robustior sit.*

* Amiens: Ambianum * narrant nucibus expugnatum hoc stra- tagemate Ferdinandus Antellus ortu Cantaber, Prä- totis Pompeiopolitani filius, Dordani praedium prefe- lib. 10. mibi

† plaustrinū.

etus valida manu Ambianorum fines oberrabat, si forte casum urbis occupandæ reperiret. Quod vt ex voto suc- cederet, conficta fama sparsum, præsidarios S. Pauli in Belgio, quod stipendia non procederent, tumultuarunt. Hac scena Belgarum quinque millia euocati Dordani aduolant, ubi fortuito cibo recreati de nocte magnis itineribus Ambianum tendunt, & appetente die ad ter- tum ab urbe lapidem in ruderibus ac maceris latent. Antellus portis multa iam luce reclusis, quadraginta milites, qui villatico habitu cultuque ammoniaris faci- nas dorso gestent, subornat. Hic quidem gallinas, ille oua, hic scopas, iste caseolos, alij vitulos, aliqui olera, alias alij rusticanas merces cerebant. Hos intus lorica- tos, & breuibus scelopis ac pugionibus accinctos præ- mituit, qui diuerso itinere portam, qua in Arrebatenses exi- tur subeunt, & sub fasce anhelantibus similes ad leuan- das sarcinas in urbis aditu subsistunt, donec onustum plaistrum à quatuor militibus rusticæ ueste dissimulatis actum infidetur pontem pensilem, ex illis vnu saccipe- rium nucibus plenum, veluti casu solutum effundit; ac- currunt porta custodes per lasciuiam, & nucibus attenti, à rusticis confondiantur, qui, ne penitus cancelli* func- tes, aut Cataracta. facto demissi aditum obstruerent, plaistrum opponunt, & explosi scelopeti signo dato vestibulum insident, quo sonitu Antellus cum suis excitus aduolat, & in urbe irrumpit, mœnia, turre, compita, & munitiona urbis loca præsidii firmat; populus sacris quadragesima con- cionibus attenus, auditio campana classico, & discur- rentium tremitu, in vicos exit, sed hostium armis tertius; in domos refugit. Comes S. Pauli, prouinciae & urbi præfector cum suis euolat, & fuga periculo se sub- ducit. Nemo repertus in tanto discrimine, qui manus moueret; plus omnes in pedibus quam in dextris spei- reposuere. Ita Ambianum, urbs Gallia Belgica præ- stantissima nucibus expugnata Anno 1597. die decima Martij.

Hoc etiamnū diaboli stratagema est frequentissi- mum, imò quotidianum, mentem humanam expugnare nucibus. Quid enim honor, amplitudo, dignitas nomi- nis splendor, fama celebritas? Nuces sunt ista & plerunque cassa. Quid aurilaminæ, quid opes & duitiæ, quid omnes orbis thesauri? Reueræ nuces sunt in orbem alterum à nemine asportandæ. Quid voluptates fluxæ nisi nuces verminofæ? Attendite, Christiani, attendite, dia- bolus rusticus larvatus, sed iam à quinque millibus an- norum miles exercitatus, sacciperium nucibus ple- num effundit vt decipiatur, vt vibem munitam mentem humanam occupet, & cælum rapiat. Nemo fidat, frau- des sunt. Nemo fidat, imposturæ sunt, quibus incauti fallit. Nuces abfcondit facco, stratagemata mendacio, ^{Chrys. t. 4.} sceleris virtutis velo. Amicitia identidem specie, ait Chrysostomus, crudelitatis venenum ejaculator. Hostiles fallacie ^{in c. 6. ad Rom. ho. 10. mthip. 90.} cum nota sunt, iam pæne viæ sunt.